reg.q.ciiij.hodie tamen gratis: et libere se subiecerunt illustrissimo Francoꝝ regi nostro: in quē postea tergiuersantes pluries se rebelles exhibuerunt: in graue ipsorum exidium demū facti ex malis sunt boni frācisco eiꝰ nominis ꝑmo Francie regi illustrissimo fidem pennere ꝑmittendo. Unū infero ex oībꝰ ꝑcedētibꝰ ꝙ si impator exigeret, de facto obedictiā a ꝑdictis regibus: ⁊ Italie potētatibꝰ nō recognoscen. (vt ꝑmissū est) eū i superiorē: ⁊ illaȝ obediē. nō ꝑstātnō peccāt: ẜm car.de zab. in.c. quum ꝑ.tabellio de fi. instr. et Anto.cors.de pote.⁊ excel.re.q.ciiij.col. iij.quia tenent sicut lesiōe alicuiꝰ.ẜm Corsetum vbi.ṡ.col.tamen.ij.post med.

Nō peccāt aliq̄ patori n̄ obediētes.

(Prefertur dalphinꝰ ceteris.

¶ Quintadecima conclusio (que infertur ex premissis) ꝙ existente primo genito domino dalphino (si esset de iure possibile: ꝙ esset locus dationi: ⁊ institutioni coadiutoris vel administratoris) ipsi esset officiū huiusmodi de iure: ⁊ nullatenus prefato duci: aut alteri conferendum: siue dimittendum. tum quia eius omnio ⁊ pre aliis interest: tuȝ quia proximior: ⁊ immediate successurus iuxta dicta.ṡ.in ix.conclu. tum quia maiorem affectionem ⁊ amorem habet ad regnum: ⁊ eius supposita: q̄ dictus dux: aut alius: vt dictum est in.x.⁊.xj.conclu.

¶ Ultima conclusio: ꝙ potētia non est sufficiēs causa ad conferendum alicui regimen regni: aut aliam administrationem: sed soluȝ suffragatur vbi alia adsunt merita: vt.d. c.grandi. vel vbi cetere circūstantie: stantie: et merita sunt pares. vt in.c.constitu.de appel. sed merita: ⁊ omnes debite circūstantie cessant in dicto duce: vt ponitur: ⁊ in sequē.articu. plene dicetur de hac conclusione. igitur ⁊c. Patet igitur euidenter ex predictis cōclusionibus: ꝙ nec a iure: nec ab homine quocūq̄ȝ regni Francie regimen potest pertinere aut cōcedi dicto duci aliqua ratione: sed omnino spectat suo iure ad dominum dalphinum regni vni genitum.[a]

# ¶ Secundus Articulus Secūdi Tracta.

Secundus autem articulꝰ: quo queritur: an dictus dux ꝑpter excessus: et defectꝰ eiꝰ sit indignꝰ: aut priuatꝰ regni regimine: casu quo aliter ad eū aliq̄tenꝰ potuisset ꝑtinere: per con

[a] ¶ Unigenitum. An ⁊ quādo: ⁊ quis detur tutor: aut curator istis illustribꝰ videatur Oldra.consi.lij.inci. questio est talis. ⁊ Anto.cor.in trac.de po.⁊ ex.reg.q.xvij.⁊.xviij. Et que sit forma dandi videatur.l. vnica. C.de tu.⁊ cu.illu.vel cla.pso.⁊ ibi per doc.⁊ Anto.cor.in.d.trac.de po.⁊ excel.re.q.xix. Et quis eliget tutorem: aut curatorem minorum illustris: aut interim regni administratorem. Anto.corse.in.d.q.xix. dicit: ꝙ a decem ex senatoribus vrbis Rome eligetur: seu nominabitur: deinde nominatꝰ cōfirmabitur per prefectū vrbis. Et ei sic confirmato per pretorem discernetur administratio. author iste Io.de terra rubea plurisper dicit: ꝙ casu quo esset locus dationi tutorū regi minoritate: aut alꝭ regere impedito ꝙ de curatore: aut regni regen. per tres regni status prouideret glo. pragma. sanc. in proe.§.quum itaq̄ȝ.super ver.consunguineis. aliter dicit. videtur namq̄ȝ sentire.xij.paribus Francie hoc competere. nam dicit ante finem ꝙ quum esset questio de regni Francorum successione inter filiū Caroli de valesio fratrem Philippi Francorum regis: ⁊ Isabellaȝ filiam dicti regis Philippi: aut Odoardum tertium eiusdeȝ Isabelle filium: ⁊ Anglie regem: dictus de Ualesio successit in regno Francie de consensu: ⁊ approbatiōe xij. parium Fracie: qui (dicit) noluerūt dare regnum dicte Isabelle regie anglie: sed illi de Ualesio: sic inducēdo: si possint id facere: quod est plꝰ: ⁊ id qđ minꝰ in autent. multo magis. C.de epi.⁊ cle.cū simi. sed p illā glo. videnł posse dał regnū vni. ptȝ ibi qui noluerūt dare ⁊c. ergo ⁊ potuerunt dicti xij. pares Francie: ⁊ non tres regni status: nec alij quicūq̄ȝ tutorem: curatorē: aut administratorem minori regi dare: aut regno prouidere: semper non existēte legitimo q̄lis erat hic dalphinus: per.d.l.j de tu.⁊ cu. illu.vel cla.perso.C. Eorum tamen.xij.parium Francie non expresse dicit se extendere posse officiū ad id. Rober.gagui.in cronica sua de gest.Fran.in vita Caroli magni.fo.iij.facie.j. Sed de illis loquens: ꝙ nostro seruiat proposito: dicit: ꝙ Carolus fidei Christiane adductus exercitū in Hispaniam duxit prius tamen q̄ expeditionē produceret: rem tanto principe dignam ordinauit: ex omni precipue Francorum nobilitate duodecim se elegit: quos secum in militia produceret: eos pares appellans: quia scilicet equali inter se dignitate regi cōstātes perpetuo essent. intromittere eos dicit dominus Nico.boe.in addi.ad Ioannem montaig.in tracta.de autho.sa.magi. cōci. quum de negotiis regni agitur: sed in tutore: curatore: aut administratore regni dando de negotiis eiusdem agitur: igitur et cogita: quia relinquo cogitandum propter varias tantorum doctorum sentētias et opiniones.

Ad quē spectet illustribꝰ d̄ tutore aut curatore ꝑuidere.

(Ceteris paribus cogitat potētia.

Duodecim pares fracie.